Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 113

, 260.

Cod: CXIII.

Chartac: Fol: 1a–33a
Foci: 15.

A 5.20.

1.

Henrici de Vrimaria Concordantia passionis. 1a–33a

Henrici de Vrimaria Concordantia pas,
sionis. " Initium: " Licitis quia post tradu,
tum &c: Ad intellectum sequentium notã.
Ex quo patet, praesens opusculum idem esse,
quod protuli Cod: CVI. n: 3. quodque ibi
Henrico de Vrimaria dubius adjudicavi. Vi,
detur quidem huic asserto contraire sub,
scriptum, quod in calce praesentis codi,
cis legitur, nempe: " finitum anno domini
" M° CCCC° V feria V infra octavam paschæ.
" Explicit liber, qui dicitur concordantia
" passionis ihu Xti compilata per mgrum
" Henr de Hasfia et anno Dñi 1 (M)
" CCCC V° fra V° paschã ꝑ completam per
" manus Martini presbyteri licet indignus."
Sed deletum est a manu posteriori, pro,
cul dubio ea de causa, quod Henrico de
Hasfia perperam adscribat opusculum,
cujus tanquam foetus Hasfiani nec ve,
stigium quidem apud Cruditos offendi,
tur.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 113

, 261.

A
S. 20

2.

Casus Papales, et Episcopales. 33a–36b

Casus Papales, et Episcopales, excōmunica, tio plebani, et eorum, qui non sunt digni, ut accedant ad comunionem. Et jejuna horum casuum enumeratio, et incipit: "No, ta excōmunicatio est a Deo Separatio."

3.

Joānis Hildesheimensis liber de gestis, et translationibus trium Regum. Praecedit elenchus 46 capitulorum, qui incipit: "In primo capitulo hujus libri, qui est collec, tus de gestis, et translationibus sancto, rum trium Regum" – Operis ipsius initi, um est: "Cum Venerandissimorum trium magorum ymo verius trium regum" — In calce additum Legitur: anno domini M° CCC/: nota: Studiose hic unum C dele, tum est: /IIIj hunc libellum de tribus re, gibus venerandis propter multa rara et jucunda in istis partibus de tribus regibus gloriosis inauditis et a paucis ††† lecta de quodam exemplari rescripto in Colonia in quodam libro in choro ecclesie ubi requiescunt beatorum trium regum corpora in Katena bene servata est & scriptum et Laudetur Deus in omnibus sanctis ejus. Ex, plicit liber trium Regum anno Domini /. sc, licet M:/ CCCC IIIIj circa festum Thome &. Quamvis nullum in hoc libro admodum raro authoris nomen conspiciatur, illum tamen a Joanne Hildesheimensi conscriptum

Joānis Hildesheimensis liber de gestis et translationibus trium Regum. 37a–66b

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 113

, 262.

; tum esse testantur Trithemius Script. Eccles: cap: 648. Posseuinus Appar. sac: T. II p: 205. Maittaire in Annal: typograph: T. I. pag: 387. Freytag in Anal: litter: p: 750. Fabric: Bibl: m. & inf: latin: T. IV. p: 84. et Oudin: de Script: eccl: Tom III. col: 1275, qui præfens opus vo; cat " fabulosum, atque Carmelitis, nugamen; ta anilium, ac fabulas mulierculdrum & somnia amantibus dignissimum"; quam cen; suram P. P. Carmelitis qui inuesit, etiam defendat. Cæterum editiones idem l.c: Oudinus notavit.

Joannes Hildesheimensis Saxo, Carmeli; ta, scripsit hanc historiam ad Florentium de Wevelsoven Episcop: ab ao 1372 ad ann: 1378 Monasteriensem. Vide Villiers Bibl: Carmelit: T. II. p: 5.

4

Psalmonum interpretationes.

67a–69b

Psalmorum interpretationes. Ita variatur ho; rz scriptum, quod tribus foliis absolvitur, rei aliud, quam summatim cujusqs psalmi scopum proponit; sic de Psalmo I. Beatus vir dicitur: " totum psalmum composuit David, quando constitutus fuit rex in Beth; lehem et de spiritu Sancto, quomodo spi; ritus S. multis gratiam inspirat". Et sic de reliquis.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 113

, 263.

5.

Sermones duo de B. V. Maria. Primus, qui optimus reperitur, incipit: "Studiam quid loquatur in me Deus &c. Haec verba posterant esse." Alter incipit: "Nota quod dies assumptionis" Ambo videntur mutili.

Sermones duo de B. V. M. 69b–71b

6.

Henrici de Vrimaria Tractatus de decem praeceptis, qui absque titulo incipit: "Audi Israel precepta Domini &c. De hoc tractatu jam egi Cod. CVI. n. 2. Illud autem notandum, non obstante, quae inter utrumque interiedit differentia, praecipue in prefatione, ut ipsemet tamen, ejusdemque authoris esse laborem, uti est instituenda collatione palam fiet.

Henrici de Vrimaria Tractatus de X preceptis. 73a–106b


7.

Tractatus de Officio missae; ita titulus. Initium est: "Christus assistens Pontifex &c. Haec verba scribit Apostolus". Author inchoat ab expositione vestimentorum sacerdotalium, inde progreditur ad ipsum missae sacrificium, finemque imponit capitulum de eo, quod officium Missae plene nemo possit exponere. Cujus rei authoris, nil certi habeo; non esse Alberti magni, non Hugonis Cardin. nec Bernardi de Parentinis ex collatione patuit. Si divinandum esset inter Urbanum de Mellico, Henricum de Vrimaria, et Henricum de Vrimaria, postremi

Tractatus de Officio missae. 107a–124b

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 113

, 264.



Expositionem Decretalis de celebratione mis,
sarum esse autumarem Not. Est S. Bonaventu,
ra expositio Missae inter opp: ejus Lugd. 1668
T: VII. p 73. Conatus quidem est Oudinus ea
Bonaventurae eripere T. III. col. 419. sed a Sene,
dicto Cavalesio in Bodromo ad opp: S: Bo,
nav: lib: 8. parte 8. cap. 3. § 1. col. 3 Wadin
calamo confutatus.

8

Sermones 33 de aabus defunc
torum. "
1274–1634
"

Sermones numero 33 de animabus defunc,
torum. Rubrica praemittitur haec: "Ser,
mones de animabus per ordinem." Initi,
um primi est: " Hodie peragimus exequias
istius defuncti N cujus corpus &c: Hos
sermones, quorum nonnulli ob nimiam
brevitatem hoc nomen haud merentur,
ex multorum praeconum operibus congesti
videntur.

9

Sermones 3 de Dedicat: templi
1644–1702
"

Sermones tres de Dedicatione templi.
Primi initium est: " vere deus est in loco isto
In verbis istis praemissis ostendit Jacob."
Secundi: "Vere deus est &c: haec verba di,
xit Jacob." Tertii: "domum quam aedi,
ficare cupio &c: in quibus verbis circa".

10

Sermo de corpore Xti
1702–1726
"

Sermo de corpore Xti, ita Rubrica. Initi,
um est: " Verbum istud Sacerdotis debet
esse." Agitur in eo de septem misabi,
libus hujus Sacramenti.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 113

, 265.

11.

Sermo de Passione Domini habitus in die Parasceves; vasde prolixus. Initium ejg est: " Egressus Jesus trans torrentem Cedron, considerando diem hodiernum nefis cogi, stare.

Sermo de Passione Domini.

175a–186a

12.

Declaratio causarum, et remedionum pestis, ao 1345 et seqq. grassantis, jussu Philippi VI Valesii Gallianum regis, a Parisiensibus, dicorum facultate edita. Initium est: " Veris effectibus, quorum causae latent." Ipsimet editores in praefamine rationem reddunt sui instituti in hunc modum: " Plures modernos sapientes astronomos, et medicos citra causas epydimiae subanno Domini M.° C.° C. XLv.° currentis audivimus hoc fecisse: scilicet in eas inquisivisse: verum quia ex ipsorum determinacione adhuc quamplurima dubitacionis materia exsurgebat: exsurgebat: Idcirco nos omnes et singuli magistri De collegio facultatis medicorum parisiensium ad mandatum illustrissimi principis et domini nostri Philippi regis francorum incitati utilitati etiam publice intendere cupientes causas presentis epydimie universales et remotas particulares et propinquas nec non et salubria remedia quantum ipsius rei natura intellectui humano se subjicit, et clarissimorum antiquorum philo-

De causis &c. mediis pestis.

187a–197b

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 113

, 266.

„sophorum dictis et modernis tam Sapientum
„quam astronomorum sentenciis innitentes.
„Deo nobis miserante sub brevi compendio
„declarare." Duo quae Kropffius Bibl:
Mellic: p: 74 & 75 adducit regiminatem,
„pore pestilentiae sunt recentioris ævi.

Cod: CXIV.

Chartac: Fol: foec: 14 & 15. A 5.21.

Henrici de Hasfia lectura super prol: bibl:

Henrici de Hasfia: seu Langenstein
Lectura super prologo Bibliorum. Ti-
„tulus est: „Incipit lectura Magistri
„Henrici de Hasfia pie memorie super
„prologo Biblie. Initium: „Ita scribitur
„in capite totius Scripture." In calce ad-
„ditum est: „Explicit prologus Biblie per
„illuminatum quendam Magistrum ac
„professorem Sacre Pagine Hainricum de
„Hasfia editus. Haec lectura non nisi duos

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 113

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27451

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)